

mel legeris, vel audieris, quæcumque ea fuerint, vel quantacumque, quo-  
vis postea tempore legentis modo repræsentas: Verborum, tententia-  
rumque, vehementissima cum iucundâ gravitate penetratio, siue comi-  
nus cum hostibus Ecclesiæ decertes, sive eminùs pugnes: ut non tam ver-  
ba dicere, quam verbera inferre, non stylum exerere, sed lethalia tela iace-  
re videaris: sitque omnino neceſſe, adversarios preſentes vel obſtupefa-  
tos obmutescere, vel tremebundos turpiter aufugere, absentes formidi-  
ne nominis Tui in tenebris conticeſcere. Sed quis enarrare ſufficiat, qui  
Tibi ab universo terrarum Orbe omnium laudum concentus, quæ om-  
nis gloriæ concordia debeatur, de ijs quæ deploratissimis hiſce infausta-  
rum hæresum & innovationum temporibus, maximo Dei beneficio ope-  
ratus es in quamplurimorum ſalutem, dum alios in fide avitâ firmiſſime  
ſtabiliſti, alios ad eam potentissimè convertiſti? An non enim Tu Princi-  
pem ter illum Maximum, errantem in invio, in viam reſtam reduxiſti, &  
una cum eo Patriam tuam ab interitu preſervasti, Vrbem gaudio replē-  
ſti, Orbi pacem peperiſti? An non Tu Publicos Magistratus, è faticibus  
diaboli abſtractos, Deo obtulisti: Privatos homines, atrâ fallaciarum cali-  
gine demersos, in candidiſſimam veritatis lucem eduxiſti? An non Tu (fi-  
denter dicam) Fidem iſam Catholicam, non ſolū contra patentes eius  
hostes, ſed & adverſus eos, qui velut ſinuosi colubri latenter humi re-  
penetes, obliquis eam hæresibus, & tortuosis ſchismatibus fraudulenter  
oppugnare ſategerunt, ſartam glorioſiſſimè conſervaviſti? Nota lo-  
quor: nec verenda orationi quæſitæ aſſentationis fuſpicio, ſi dñs tot nobi-  
liſſimi viðtorijs, opimisque ſpolijs, omnium antiquorum trophyorum,  
triumphorumque excedentibus merita, Tibi iuſtiſiſimè competere dixe-  
ro, ut inauditi hacenius omnibus ſæculis titulis, unus ipſe à cunctis pre-  
diceris Pater Patriæ, Principis, Publicorum, Privatorum; & longè augu-  
ſtiori decoru nomineris Clypeus & Gladius Ecclesiæ, Fidei que Romanæ,  
quam olim ſeu Fabius Maximus, ſeu Marcellus, Reipublicę. Poſſent & his  
pleraque addi de Tuā in rebus agendis, & domi foriſque, & int̄iſ extra-  
que regnum, induſtriā, ſolertiā, vigilantiā, quæ nomen tuum apud Ponti-  
fices & Principes, in Confiftorijs, & Consilijs, ac Conventibus, tam Eccle-  
ſiaſticiſ quam ſæculariſ, in Scholis, inter omnes denique nobiles & ple-  
beios, celeberrimum reddiderunt. Sed cohibenda eſt oratio, ne gravitas  
epiſtolariſ in panegyrim diſfluat, reddatürque auribus Tuis iſa mole-  
ſtior, quæ iam huiuscemodi praेconijs audiendiſ ad fastidium uſque iugi-  
ter affuerunt. Haud tamen temperare fas eſt, quin in tot generalium be-  
neſtiorum enumeratione, privatam etiam gratiam omnibus teſtataſ faci-  
am; dum & primo frater meus clarissimus, non infimi inter literatoſ  
nominis, Ioannes Spondanus, atque inde ipſe Ego, Tuā maximè operā di-  
vinitus illuſtrati, ab innata mihi, intinēta ei cum infantia, hæreticā dece-  
ptione, Catholicæ fidei ſinceritati poſtliminio reſtituti ſumus. Ut nemo  
adeo ſit impius, aut ingratus, qui non me Tibi, quod olim Paulinus Au-  
gūſtino, acclamare permittat; O vere ſal terre, quo precordia noſtra, ne poſſint  
ſæculi errore vaneficare, conduiuntur! O lucerna digna ſuper Ecclesiæ candelabrum  
poſita, que latè Catholicis de ſeptiformi lychno paſtum oleo lætitia lumen effundens,  
densas licet hæreticorum caligines diſcutit, & luſtem veritatis e confuſione tenebrarum,  
ſplendore clarifici luminis enubilat! At quia omnia laude ſuperiora ſunt hæc be-